

eradicandā, ne triticum simul eradicaretur.
Sic potest dicere iudex quod maior est utilitas in
multis, quod si eius abutus in aliquibus casi-
bus. Quae enim res est qua mali non abutū-
tur. Nō enim propterea tollēdus est sol, quia
quidam eo abutuntur, eum adorando: neque vinū
verum, quia eo multi inebriantur: neque mu-
lieres, quod plerique eis abutantur. Hæc doctè
ponit Titelmanus in locis topicis, cap. 19.
Confessarius autem in confessione, & in fo-
to conscientiæ, obseruet illam trimenibrem
distinctionem à Nauarro fundatam, & secun-
dum eam iudicet de ipso Octili, & tutus erit
coram Deo, & hominibus. Alii, qui in diffe-
renter effundunt ipsum Octili, & vasa frāgūt,
in quo seruatur, falcē mittunt in messem alie-
nam, & à gravi peccato non excusantur: im-
mo putare quod teneantur ad restitutionem il-
lis faciendam, quos grauauerunt, si licito ali-
quo modo secundum prædictam distinctionē
vendebant ipsum Octili. Sed & hoc scire te-
nentur multi religiosi zelum quidem plerique
habentes, sed non secundum scientiam. i. dis-
cretionem. Quare autem ipsi eos qui ven-
dunt aleas, taxillos, & fucos, non sic diuexāt
sicut Indos Octili vendentes? Hęc enim non.